

*Et distinguenda sunt sententiis: Et  
ex his tale componendum est oratio-  
nis corpus, in quo nec in verbis tumor  
Et a rebus discordia, nec in senten-  
tiis leuitas, nec in compositione va-  
nitas adparet: sed res verba rapit,  
verbisque Et sententiis addunt  
figuras animi recte instituti motus.*

VI. Eamdem nobis ad sermonis  
culturam ostendit viam auctor no-  
ster, IOANNES CASPAR. POSNERVS,  
eloquentiæ olim in academia Ie-  
nensi Professor celeberrimus; de  
cuius vita, scriptique ratione, quod  
iam in lucem amicorum quorum-  
dam rogatu profero, quidquam  
commemorare libet. Natus est  
Ienæ MDCCXXI pridie ianuarii  
parentibus spectatissimæ virtutis &  
pietatis, CASPARE POSNERO, philo-  
sophiæ naturalis per annos quasi  
XLVI iam Ienensi academia Profes-  
sore meritissimo, qui ob optima-  
rum

rum